



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 101. Quatuor Cardinales a Paulo II. Papa creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.  
A.C 1549.

§. CI.

*Quatuor Cardinales a Paulo III.  
Papa creati.*

Ciacon. in *Hucusque summus Pontifex admo-*  
*vit. Pontif. dum dubius hærebat, quid tan-*  
*tom. 3. p. 735. dem circa Bononiensis Concilii trans-*  
*lationem decerneret, aliunde etiam*  
*Esseq. tam Bononienses, quam Tridentini Pa-*

*tres suas suspenderunt Sessiones: prius*  
*quam vero Paulus Papa hac super re*  
*animi sui propositum panderet, die o-*  
*ctava Aprilis quatuor Prælatos purpu-*  
*ra decoravit, quorum primus erat*  
*Hieronymus Verallius Patria Roma-*  
*nus, & filius Joannis Baptistæ Verallii,*  
*ac Juliæ, quæ Dominici Jacobatii Car-*  
*inalis Soror erat. Præfuit hic Episcopus*  
*Portueni, Asculanæ, ac dein Caser-*  
*tanæ Ecclesiis, demum vero Rossanen-*  
*sis Archiepiscopus nominatus primo ti-*  
*tuli S. Martini in montibus, ac postea*  
*S. Marcelli Cardinalis creatus est. II.*  
*Joannes Angelus Medicæus Mediola-*  
*nensis, Archiepiscopus Ragusinus, &*  
*Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentia-*  
*næ, postea S. Stephani in monte Cæ-*  
*lio, idemque postea in Papam electus*  
*nomen Pii IV. assumpsit, atque illo re-*  
*gnante Tridentina Synodus absolta*  
*fuit. III. Philibertus Ferrerius Ver-*  
*cellen-*

cellentis, ex Episcopo Eborediensi in Sæcul. XVI.  
ter Cardinales Presbyteros tit. S. Vita- A. C. 1549.  
lis cooptatus. IV. Bernardinus Maf-  
fæus Nobilis Romanus, qui primo Maf-  
fanus Episcopus, postea ad Theatinam  
Archiepiscopalem Sedem translatus  
Cardinalis tit. S. Cyriaci creatus est.

## §. CII.

*Cardinalis Ferrerii obitus.*

**E**x hisce quatuor Cardinalibus nume- *Ciacon. l.c.*  
ro tertius, nomine Philibertus Fer- *p. 727.*  
rierius nonnisi quatuor mensibus purpu- *Aubery vie*  
ræ honoribus fruebatur; quippe eo- *des Cardin.*  
dem, quo creatus est, anno die dēcima *Franc. San-*  
quarta Augusti mortalitatem exuit. Is *sou. Famili.*  
*Ital.*  
erat Joannis Stephani, & Bonifacii  
Ferrerii Cardinalium Nepos, quorum  
prior Anno post Christum natum mil-  
lesimo quingentesimo octavo, alter au-  
tem biennio post fatis functus erat.  
Fratrem quoque habuit Petrum Fran-  
ciscum itidem Cardinalem, Vercellen-  
semque Episcopum, qui nonnisi Anno  
Salutis nostræ millesimo quingentesimo  
sexagesimo sexto morte sublatus est.  
Præterea Philiberti Nepos erat alias  
quidam Cardinalis, qui vocabatur Gui-  
do Sebastiani Romagnani, & Magda-  
lenæ Boromeæ filius, quem Pius V.  
Anno Christi millesimo quingentesimo

B 3

sexa-

